

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3762

1889

## H O M I L E T I C I .

1890

*bens post octo menses ad incudem  
ad patriam est reversus.*

V. fol. 187. p. 2. *Incipiunt addiciones ad Sermones discipuli. Primo passio christi abbreviata ex 4<sup>o</sup>. evangelistis et ex dictis sanctorum collecta. Init: O vos omnes qui transitis per viam &c. Extat in editionib. inter Sermones Discipuli de Sanctis numero Sermo XIV. Sub finem, qui aliquantum variat, ubi Edita habent: infideles quidam heretici hoc non faciunt, Codex legit: Hussite heretici &c. Sequuntur Sermones in festo Dedi-  
cationis, de Indulgentiis et de duodecim fructibus missae, ad cuius postremi calcem dicitur: predictandus rusticis qui stant foris ecclesiam infra missam. Atque hi tres in Edit. additi sunt ad Sermones de Sanctis. Sed in Codice succedunt alii quatuor, qui mihi a vexatoe videntur, videlicet: Sermo de infinita misericordia dei. De peccatis venialibus. De nouem generibus hominum quorum pena augmentatur in inferno. Sermo quorum gaudium accidentale in celo augmentatur. His accedunt noti Casus papales et episcopales, et Inbibiciones a sacra communione. Ad has porro ita ingreditur: Infra scriptos quos nominabo prohibeo a communione eucharisticie, nisi contriti et confessi fuerint et absolti, et satis fecerint vel adhuc satis facere velint iuxta consilium suorum confessorum. Enumerat dein LX. Casus, et quidem: Primo carentes usu rationis et in quaestate pueri accedere debent, hoc quere in Discipulo de tempore*

*Serm. 47. &c. Vides omnia haec adhuc pertinere ad Job. Heroldum, qui sub finem addit: Scendum quod quilibet plebanus potest pro quilibet peccato mortali subditto inhibere communionem, unde quilibet plebanus potest addere uel diminuere istos articulos secundum quod sibi videbit populo suo expedire; et suadet hos Articulos populo faepius praesertim Quadragesimae tempore promulgare.*

VI. fol. 235. *Traetatus, ut e calce adsumo, de confessione magistri Heinrici de Hassia. Saepe citat Nostrum hunc Theologum suis in Scriptis Heroldus, unde non mirum, quod praesens Opusculum sua etiam manu transcriperit. Init illud: Tibi dabo claves regni celorum. Mat. 10. Verbum hoc cuilibet dicitur sacerdoti &c. et fertur quandoque titulo de Clavibus Ecclesiae, aut de Eruditio-  
ne Sacerdotum directorum pro audienda peccatorum confessione. A nobis jam Vol. super. non semel relatum.*

## DCCLXXXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 389 Folior. 292. f. per duas columnas bene scriptus, minio distinctus, et olim Monasterii Lunaelacensis, sive Monsee O. S. B. in Austria super. quod jam a 1748. millenarium suae Fundationis egerat, nunc vero abolitum est, insignitur, ut e calce praeeoccupo, Prima pars scilicet hyemalis Abortiui milicij in quo continentur sermones ad Clerum de tempore et de sanctis

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3762

1891

## C O D I C E S

1892

*Eis ab aduentu domini usque ad festum Penthecoftes. De Job. Militio famoso Pragae post medium Sec. XIV. Ecclesiaste varii tradunt Literatores Bohemi, quos citatos habes in edit. ungariana Bohemiae doctae Balbini P. II. p. 181. Ante Sermones nostros prae-fatur in illud: Emitte domine Sapientiam tuam de sede magnitudinis tuae &c. Sap. c. 9. v. 10. et de illis ait: Scito me esse rogatum a studentibus Collegij studij Pragens. publice propter deum, ut — sermones, quos tunc predicauit, in scriptis redigerem &c. dat item rationes, cur iis Abortivi nomen imposueris ad ludendo ad Job. c. 3. v. 16. et I. Cor. c. 15. v. 8. Ad Clerum sive de Synodo inscribuntur solum Sermones II. fol. 82. et 89. quibus acriter in Concubinatum, Simoniam, luxum vestium et gulam insurgit. Ita vitia in quovis hominum genere viguere semper & semper ab ejusdem generis hominibus impugnata sunt. Addam, quod ad calcem superest: Finitus est autem presens liber Anno nativitatis domini 1416. In die sancti Mathie apostoli hora quasi prima (juxta Horologium Boh.) Et comparatus est per venerabilem dominum Johannem Abbatem In Mainsee. Abbas is fuit numero LI. cognomine Trenbeckius eodem electus anno, de quo adi Chronicon Lunae-luc. editum Sumpt. J. Gaßl Bibliop. Pedepont. 1748. p. 197. 4.*

DCCXC.

Codex chartaceus germ. Sec. R. 601 XVI. Folior. 49. 4. continet Gregorii Rosephii e S. J. Ecclesiastae cathedr. Augustani Sermones facros II. quorum prior a. 1582. parentat incomparabili Danieli Brendelio ab Homburg Electori Mogunt. alter vero dictus ad S. Udalrici Translationem S. Simpertii Ep. Augustani celebrat, quam tertiam esse video ex Hierarchia August. Corbiniani Khamm P. I. p. 104. factam a. 1579. sub Abbe Jac. Köpplino. E priore Sermone trium Imperatorum honorifica Danieli Senfa hoc transferre lubet: Ein Kaiser pflegte ihn zu nennen: er sey der verständigste Mann im ganzen römischen Reiche. Ein anderer Kaiser nannte ihn das Register des heiligen römischen Reiches, in dem man alles finden könne. Ein dritter nennt ihn seinen herzlieben Vater. Ferdinandum I. Maximilianum II. et Rudolphum II. intellige. Dicat Sermonum utrumque ab ore, ut ait, concionantis exceptum Carolo Archid. Fernandi I. filio Bartholomeus Wagnerus ciuis Augustanus, an ille, quem Saxonia ob non receptum Corpus Doctrinae Melanchthonis circa 1561. excedere jussum Joecherus tradit in Lexico?

DCCXCI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2057 XIV. Pagg. 392. 8. non una manu partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus et minio distin-